



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XX. De iis quae vi metusve causa fiunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ANNO
CHRISTI
1174.

aliquis aduocatus in quacumque causa vltra vigin-
ti, procurator vero vltra duodecim libras Turo-
nenses recipere, salarii nomine, vel etiam sub pal-
marii colore, præsumat. Qui autem vltra recepe-
rint, nequaquam dominium eorum, quæ prædi-
ctam quantitatem excedunt, acquirant: sed ad re-
stitutionem integram teneantur illorum. Ita quod
nihil horum, ad quæ restituenda eos teneri præmi-
simus, in fraudem præsentis constitutionis remitti
possit eisdem. Et insuper aduocati constitutionem
præsentem taliter violantes ab aduocationis officio
triennio suspendantur. Procuratores vero extunc
sibi sciant cuiuslibet procurationis in iudicio licen-
tiam denegatam. XX.

De iis quæ vi metusve causa fiunt.

Gregorius decimus in generali Concilio Lug-
dunensi. Absolutionis beneficium ab excommuni-
cationis sententia, vel quamcumque reuocatio-
nem ipsius, aut suspensionis, seu etiam interdicti
per vim vel metum extortam, præsentis constitu-
tionis auctoritate omnino viribus vacuumus. Ne
autem sine vindicta violentiæ crescat audacia, eos
qui absolutionem siue reuocationem huiusmodi
vi vel metu extorserint, excommunicationis sen-
tentia decernimus subiacere.

XXI.

De præbendis & dignitatibus.

Gregorius decimus in generali Concilio Lug-
dunensi. Statutum felicis recordationis Clementis
papæ IV. prædecessoris nostri de dignitatibus &
beneficiis in curia Romana vacantibus nequa-

Concil. Tom. 28.

Cccc ij